Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

debuit ea Onocentauri et erinaci et ibi
et ululabunt habitabunt in ea nobiles eius
non erunt ibi et erunt omnes principes eius
in nihilum et dicent in domibus eius spine
et ortice et pallus in munitionibus eius
et erit cubile draconum et pascua struthionum
et occurrent dimonia onocentauri et
pilosus clamabit alter ad alterum Illuc con-
gregati sunt milvi alter ad alterum et
et ipsi in eum possidebunt eam ad
Dalle zy yse
hereditatem et in generationem et usque in generationem habitabit
exultabit solitudo et florebit quasi lilium
Germinans germinabit et exultabit letan-
tanter et laudans gloriam libani data est ei
decor carmeli et saron ipsi videbunt
gloriam domini et decorem dei nostri Confortate
manus dissolutas et genua debilia ro-
borate Dicite pusillanimis confortamini
et nolite timere Ecce deus vestrus ultionem
adducet retributionem deus ipse venietque
et salvabit vos Tunc aperientur oculi caecorum
et aures surdorum patebunt Tunc saliet
sicut cervus claudus et aperta erit lingua
mutorum quia scissa sunt in deserto aqua et
torrentes in solitudine Et quod erit aridum in stag-
num et sitientes in fontes aquarum ut bube